



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius


Bruxellis, 1690

Cap. V. De Disciplina Domestica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT V.

De Disciplinâ Domesticâ.

I.  Uamvis Divina Bonitas, quæ Regularum necessitas. Societatem inchoavit, illam etiam conservatura sit; ex parte verò nostra, interna Amoris Divini lex ad id maximè conferat: quia tamen, & exemplo, & ratione docemur constituendas esse leges; quibus ad susceptum vitæ cursum tenendum, incitandumque juvemur; a plurimæ sunt constitutæ, a P. 1. Procem. non modò utiles ad excolendum animum §. 1. & P. 10. Nostrorum, ut proximè expositum est, §. 1. sed etiam ad externam politiam; quâ ordo, & disciplina domestica continentur: & b P. 10. §. 4. hæ diligenter servandæ sunt. b

2. Huc faciunt pleræque ex Regulis Quibus potissimum exterior disciplina contineatur. tum communibus, tum particularibus Præpositi, seu Rectoris; Ministri; Subministri, aliorumque Officialium inferiorum, quas in Codice Regularum videre est, & condendas esse sæpius in Constitutionibus præscribitur; c P. 1. Procem. decl. & P. 4. c. 10. §. 6. & P. 7. c. 4. §. 12. eruta, d & Ordinationes etiam varii generis, quæ in distinctos libros in singulis d. Or. c. 4.

e Or. c. 8. & C.
7. D. 90.

*Ordo Domestici-
cus unde peten-
dus.*

*Silentium inter
Nostros.*

f P. 3. c. 1. §. 4.

domibus servandos relatæ ad praxim sum-
mopere conferunt. e

3. In Reg. Præpositi, & Rectoris ha-
betur Caput 5. de Ordine domestico, ubi
præcipuarum actionum tempus, & mo-
dus præscribitur. Ex quibus omnibus con-
flatur exactissima norma Disciplinæ reli-
giosæ. Locos, indicasse sit satis; cum præ-
sertim multa jam allata sint alibi, aut post-
modum referenda, quando id materia po-
stulaverit; videri etiam possunt quæ infra
Part. 7. C. 3. Sect. 6. & 8. dicuntur per
Superiores à Subditis exigenda. Non omit-
tenda tamen hic aliqua; vel quia ab ipso
met S. Fundatore statuta fuerunt, vel quia
majoris momenti videntur.

4. Inrer Religiosæ Domus præcipua
ornamenta reponi silentium pro comperto
est: illud nobis servandum esse præscripto
tempore Constitutiones jubent. f Id au-
tem est omne, quod extra tempora Re-
creationi assignata decurrit. At silentium
ea ratione servandum est; ut nemo loqua-
tur, nisi obiter, & perpauca, aut de re-
bus necessariis, præsertim in Ecclesia,
Sacristia, & Refectorio: in Missa verò,
concione, mensa, lectionibus, & dispu-
tationibus, si quid privatim dicere necesse
erit, brevissimè, & submissa voce sugge-
ratur.

ratur. *g* Nemo in alienum cubiculum ingrediatur, sine generali aut speciali Superioris facultate: quod si aliquis intus sit, non prius aperiat ostium, quam post pulsum audiat, *ingredere*: & tamdiu aperta sit janua, quamdiu intus unà fuerint. *b* Et cum foras eundum erit, minimè loqui licebit intra Urbem, ubi frequens est populus. Et qui mensæ inserviunt, noverint eandem legem sibi servandam esse. *i* Ad custodiam verò harum ordinationum invigilare debent Superiores, & exhortationibus, admonitionibusque, tum etiam interdicta recreatione nimium loquacibus, aliisque usitatis poenitentis silentii observationem urgeant: quod facile Nostris deberet esse; cum aut occupati plerumque simus, aut concessis per intervalla sermonibus recreati. *l*

5. Et hæc quidem permessa Colloquia, quam Recreationem appellamus, ut religiosè transigantur, nonnulla servanda sunt. *1.* A prandio, & cænâ una hora, diebus autem Veneris, post collationem vespertinam, dimidia Recreationi religiosè impendatur: idque in uno loco, si commodè fieri poterit. *m* Sed feria quarta hebdomadæ sanctæ, post decantata officia tenebrarum usque feriam sextam inclusivè, ab omni

g R. com. 26.
& Or. c. 4. §.
21. & In. 13.
c. 3. §. 1. & Cl.
c. 3. §. 9. & R.
Subm. 4.

h P. 3. c. 1. D.
& R. com. 33.

i Or. c. 4. §. 11.
& In. 13. c. 3.
§. 2. 3.

l In. 13. c. 3. §.
1. & Cl. c. 3.
§. 9.

*Quæ permessa
colloquia.*

m Reg. Præp.
56. & Rect.
55. & C. 6. D.
6. Or. c. 4. §.
21.

¶ C. 7. D. 34. omni Recreatione abstinendum erit. ¶
 Sicut ab ea cessandum statim, ac datum
 est signum ad finem Recreationis. Qui
 tamen Mensæ ministraverunt, poterunt
 secundæ Recreationi interesse. ¶ Omnes
 demissè loquantur, & cum circumspe-
 ctione, & ædificatione verborum; ¶ aman-
 datis rerum ludicarum narratiunculis, ac
 libertate indecora: designenturque idonei
 Syndici; submittanturque secretò boni ali-
 qui, ac spirituales, qui sermones sanctos,
 & Religiosæ recreationi convenientes in-
 ducant. Pro quorum materia propositus
 est Catalogus confectus à P. Natali. Et
 quia in Congr. 6. non pauci conquesti sunt
 Recreationis tempus minùs religiosè
 transigi; feriò actum de ea contrahenda.
 Sed cum nihil novi tunc placuisset indu-
 cere; decretum, ut alia via prædicto in-
 commodo occurreretur. Et probata est In-
 structio à PP. deputatis in hanc rem con-
 fecta. ¶

¶ C. 6. D. 6 &
 38. & C. 7. D.
 80. §. 5. & Or.
 c. 4. §. 22. &
 In. 13. c. 9. &
 Cl. c. 3. §. 10.

*Otium vitan-
 dum.*

6. Ad Religiosam disciplinam custo-
 diendam mirum quantum facit otii fuga:
 id enim est malorum omnium origo, &
 propterea, quoad ejus fieri poterit, Domi-
 nostræ locum non habeat. Sed omnes
 quamdiu corpore benè valent, in spiritua-
 libus, vel exterioribus rebus habeant in
 quo

quo occupentur. Superiorum propterea
 1. ipsi exemplo suo ad operandum alios in-
 citent; tamen, ut non omnia per se præ-
 stent; præsertim nobiliores actiones, sed
 dividant eas cum suis. 2. invigilent ut ap-
 titis loco exercitationibus Nostri occupen-
 tur; nec facillè illorum excusationes admit-
 tant. Occupationes verò quibus Nostri
 vacare debent, aliæ ad spiritum singulo-
 rum pertinent, aliæ ad studia, aliæ ad Proxi-
 mos, & videri possunt Instr. 4. & com-
 mendantur In. 3. §. 15. & Reg. Præpos. 38.

7. Quædam ad disciplinam pertinentia
 Externos respiciunt, & alibi referentur;
 quia spectant ad leges, quibus ministeria
 Societatis in bonum Proximorum diri-
 guntur. Attamen hic delibanda sunt aliqua,
 quibus cautum videtur domesticæ disci-
 plinæ, respectu illorum. Domi igitur ne-
 mo loquatur cum Externis; aut alios ad
 id vocet, sine facultate generali, aut par-
 ticulari Superioris. Externi ne excipian-
 tur hospitio, ut domi pernoctent; nisi ii
 sint, quibus multum debeatur; aut id offi-
 cii, sine magna offensione, prætermitti
 non possit. Nemo cujusquam Externi
 ad Domesticum, aut Domestici ad Exter-
 num mandata deferat, aut literas in scio
 Superiore. Seculares autem rumores, qui
 foris

P. 3. C. 1. §. 6.
 & P. 4. C. 10.
 §. 6.

In. 4. §. 4.

*Cum Externis
 cautela.*

R. com. 36.
 & R. Jan. 8.

R. Præp. 83.
 & Rect. 81.

x R. com. 37.
& 38.

y Ex. c. 4. §. 6.
& P. 3. c. 1. B.
& R. Præp.
35. Rect. 35.

*Peregrinantium
Leges.*

z R. Prov. 117.
& 114. & R.
Per. 12. & C. 7.
D. 4.

* P. 2. c. 4. §. 1.
& A. & R.
Præp. 81. &
Rect. 97.

** C. 7. D. 4.

foris audiuntur, ne temere, & sine fructu narrentur; aut quæ domi acta, vel agenda sunt Externis referantur, nisi Superiore approbante. x Superior, aut ab eo designatus aliquis, videat scripta, & literas omnes, quæ scribuntur ad Domesticos, & quos ipsi aliis scribunt. y


8. Præter ea, quæ dicta sunt ad præsidium castitatis sub hujus titulo, ut de Socio adjuncto Domo exeuntibus, præfente in Visitationibus, & similia, huc facit: Neminem mittendum esse ab uno in alium locum sine literis patentibus; & cum peregrè erit Nostris proficiscendum, illis præficiendum maximè fidum; & cui ceteri tanquam Superiori in omnibus obediunt. z At recedentem sine licentia ab alio loco Societatis, vel ab ea dimissum Superior non admittat; aut si ita expediat, illo domi, vel alio pio in loco detento, à Provinciali ordinationem super eo expectet. * Si qui etiam ad Generalem profugiunt, sine facultate, aut profugi extra Collegia vagantur, gravi poenâ, pro arbitrio P. N. puniendi; ab eoque non facillè audiendi, sed remittendi ad Provincias.**

Cum quis iter faciens transit per locum, ubi Domus, aut Collegium Societatis sit, ad aliud Hospitium ne divertat; ejusque, qui

qui illic præest, obedientiæ subfit in omnibus. *** Vide Peregrinorum Regulas p. 147. &c. *** R. coma. 48.

CAPUT VI.

De Pœnis imponendis.

i.  Uamquam optandum sit, ut Religiosi ad observandas suas Regulas non egeant timore pœnarum, præsertim temporalium; tamen quia in tanta naturæ infirmitate subinde his stimulis indigemus; certum est Superiores posse pœnitentias imponere propter defectus, & negligentias admissas. a Nec à correctione Regulæ Societatis, secundum Ordinationes ejus factæ, licet appellare; & appellatio per nulum Judicem admitti debet. b

2. Pœnitentias igitur impositas hujusmodi prompta voluntate, & magna humilitate quisque admittere deberet, cum vero emendationis desiderio; etiamsi propter defectum non culpabilem injungerentur. c Immo aliquoties singulis annis omnes à Superiore sibi pœnitentias injungi, propter defectum observationis Regularum, petant. d

3. Est

Superiores possunt imponere pœnitentias.

a Ex. c. 1. §. 6. & P. 3. c. 1. §. 26.

b Paul. III. P. 39.

Quomodo eas Subditi admittere debeant.

c Ex. c. 4. §. 33. & P. 3. c. 1. §. 15.

d P. 3. c. 1. §. 28.